



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Disptatio III. De conscientia dubia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

De conscientia opinante.

ex tua opinione tibi probabilius visa, alter ius firmius habeat, non censetur absolutè firmius ius habere, ac proinde non cogitis pro illo sententiam ferre.

9 Aduertit autem optimè Valsquez *suprà*, & ex illo Sanchez cap. 9, in Decalog. num. 48. iudicem in eligendis opinionibus attendere solùm debere que allegata sunt, non qua allegari possunt. Neque posse alteri parti qua allegare, vel probare debet, aperire, cum hoc sit officium non iudicis, sed Aduocati.

P V N C T V M XI.

Quam opinionem sequi possit Aduocatus.

- 1 *Qui censem, & qua ratione, te non posse esse Aduocatum actoris contra reum in causa probabili.*
- 2 *Contrarium approbat.*
- 3 *Potes Aduocatus in causa probabilibus iam vnam, iam alteram partem defendandam suscipere. At in regno Castella suscepio patrocinio unius, non potes contrarie suscipere patrocinium.*
- 4 *Limitant aliqui in causa sanguinis, vel in causa grauius momenti.*
- 5 *Non approbat limitatio.*

Noster Valent. 2. disput. 5. quæst. 16. punct. 14. concl. 1. & 2. dixit te non posse in causa aequi probabili Aduocatum esse actoris contra reum, attento iure positivo. idem fecit Sylvest. verbo *Aduocatus*, quæst. 13. mouet ex r. 1. iur. in 6. cùm fum patium iura obscurata, præciput facundum rex potius, quam actori. Quod si dicas texum loqui de iudice, non de Aduocato, præterquam quod non est certum, cùm abolutè loquatur, hinc defunxit non leue argumentum. Nemini licet petere, & persuadere, quod alias efficere non potest, sed cùm est causa aequalis, tenetur iudex sententiam pto teo dare, & non potest illam praetare in fauorem actoris. Ergo Aduocato non licet id postulare.

2 Verum communis sententia est posse Aduocatum causam sibi probabilem, ejus relicta probabilius patrocinati, tam attento iure naturæ, quam attento iure canonico. Munus enim Aduocati est, veritatem partis, quam defendit, elucidare, & rationibus, ac allegationibus iudicem ad sententiam in fauorem sui clientis infletere, quod vbi est causa probabili, fieri prohibito potest. Nam licet sibi ius contraria pars probabilius appearat, foris iudici non appetebit. Quare Aduocatus non perit à iudice sententiam in fauorem actoris contra reum, casu quo iudex illam date non possit, sed representat iudici ius actoris, ut ipse examinerit, & videat, an possit pro illo sententiam ferre, ipse Aduocatus existimat posse, eo quod pars, quam defendit, habeat probabile ius, & foris alii probabilius: & ita teneret, & laicè probat Burgos de *procamio legum Tauri*, num. 409. & seqq. Gutierrez canon. 99. lib. 1. cap. 13. num. 24. Lessius lib. 2. *de iustit. cap. 31. dub. 9.* Sayrus clavregia lib. 1. cap. 1. num. 17. Salas 1.2. quæst. 21. tr. 8. disput. unica, sed. 11. n. 104. Thomas Sanchez lib. 1. in *Decal. c. 9. n. 51.* Ioan. Sanchez dis. 4.4. n. 54. fine. Valsquez dis. 64. c. 1. numer. 4. Nauarri, summ. cap. 15. n. 28. Azor. tom. 1. lib. 2. iust. c. 17. q. vii. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. diff. c. 14. n. 3. & affirmat esse communem Anton. Perez *certam. I. o. scholast. dub. 2. c. 15. n. 67.* & seqq. & probabilem reputat Valent. *suprà* conclus. 4. & infinituatur in cap. si virgo 34. q. 2. & colligit ex l. rem non novam, & patrono. C. de iud. & bi lex folium caulam desperatam præcepit Aduocato deferere.

3 Ex quo sit attento iure naturæ, & canonico posse Aduocatum inter causas probabiles iam vnius partis iam alterius patrocinium suscipere, & in diversis articulis, & diversa instantia, putat aduocando pro una in causa principali, & pro alia in causa appellacionis. Est res certa, vt tradit Ioan. Andr. & Preposit. in cap. *disciplina*, distin. 46. Speculator. titul. de *Aduocatio*. Sylvest. *suprà*, quæst. 13. Verum etiam in eadem causa (si abit scandalum) quia dux pro vtraque parte est probabilitas, neque appetit iustitia, vtraque pro libito defendi potest: neque enim maior ratio est, quare potius posse unam, quam aliam defendere. Si dicas arctatum esse defendere eam, quam primò suscepit, eo quod allegans contraria non sit audiendum, l. 1. C. de *fieri*, l. 1. cum *precium*, C. de *liberali causa*: facile respondeatur allegamentum contraria facta non esse audiendum, fucus allegamentum contraria iura. Verum est hoc ita sit, attento iure naturæ, & canonico. vt supr̄a relati Doctores docent. At attento iure nostris regni nulli Aduocatorum licet vnius litigantis causa suscepit alterum in eadem causa patrocinari ex l. 13. tit. 16. lib. 2. noua compil. & hoc non solum in eadem instantia, sed neque in diversis, vt probat Azevedo ibi, cum aliis, & Burg. de *Paz in procamio leg. Tauri* 410. Salas sed. 11. n. 119. Addit ramen Azevedo l. 17. n. 5. & 6. lice nondum corpora, & actibus nondum factis per aduocatum posse de rigore pro contraria parte aduocare, si ei salarium non sol-

utatur: at indecens esse ob non solutum salarium partem fuscepiam relinquere, & in aliam infestare, nisi de licencia iudicis, & placet dictum.

4 Supradictam doctrinam limitant aliqui, ne habeat locum in causa criminali, sanguinis, & honoris, & in causa ciuiti maximi momenti, qualis est alius insigis maioratus vel possessiovis omnium bonorum. In his enim existimant te non posse causam minus probabilem defendere, in reliquis vero minoris momenti posse: ita tradit Sotus lib. 5. de *iustit. q. 8. art. 5.* Bannes 2. 2. quæst. 71. art. 4. in 1. part. dub. 5. Salom. 2. 1. q. 6. 2. art. 3. contra 2. Aragon, ibi. Mercado lib. 6. de *contr. c. 8.* Burgos de *Paz suprà* num. 421.

5 Verum haec limitatio necessaria non est, vt rectè Valsquez *suprà*, ex quo Salas, Thom. Sanchez, Villalobos, Anton. Perez, & alij supra relati desumpterunt. Quia Aduocatus ideo in rebus minori momenti causam probabilem patrocinari potest, quia eius munus solùm est merita clientis sui allegare, & iudici examinanda, & decidenda proponere, & si iusta iuri, rogare, & persuadere, vt pri illa sententiam faciat: que ratio æquæ probat siue res sua majoris, sua minoris momenti, sua ciuitis, sua criminalis. Neque item limitanda est doctrina, vt limitat Thom. Sanchez *suprà* num. 54. ad causam parum probabilem. Nam dato quid probabilis sit, potest ab soluè eius patrocinium Aduocatus suscipere, sicuti potest cliens illam intentare. Quoniamque enim potest contra aliquem mouere item, poteris Aduocatum habere, vt bene dixit Valsquez n. 4. & confirmatur reliqui Doctores ab solute loquentes.

Aduertit Sylvest. verbo *Aduocatus* quæst. 10. Salas sed. 11. n. 103. Thom. Sanchez, n. 5. 1. Ioan. Sanchez, n. 4. Valsquez exp. 1. n. 3. & alij debet Aduocatum clienti suo veritatem aperiatur, neque illi firmus ius, quam habeat, proponere. Quod si illum decipiat, existimat, & bene, Thom. Sanchez, *suprà*, & Sylvest. obligatum esse refutare, casu quo clientis cognito dubio causa non est, litigatu.



DISPUTATIO III.

De conscientia dubia.

QUÆ in disput. præcedenti desiderari poterant, inuenies in praesenti.

P V N C T V M I.

An operari ex conscientia dubia peccatum sit.

- 1 *Qua ratione conscientia dubia esse possit.*
- 2 *Conscientia dubia esse potest, vel de iure, vel de facto.*
- 3 *Aliud dubium est speculatum, aliud practicum.*
- 4 *Cum dubio speculatio sit iudicium practicum de recta operatione.*
- 5 *Operari cum dubio practico est intrinsecè malum.*
- 6 *Dubitum speculatum de aliquo precepto, si rationabiliter dubium non deponat, obligatus est partem iuviorem eligerre.*
- 7 *Quae sit pars tutor.*
- 8 *In quibus sit difficultas.*

1 **S**uppono ex dictis in princ. huius tractatus, dubium conscientiam dupliciter se habere. Primo, si rationibus hinc deducimus, non valet intellectus iudicium etiam probabile efformare, sed hanc antecipat. Secundo, si rectè iudicet sibi in certum esse, an res illa ita sit, vel non sit.

2 Suppono secundum, hanc conscientiam dubiam esse posse, vel de aliquo iure, vel de aliquo facto. De iure, vt si dubites, an latifex lex, vel preceptum: de facto, vt si dubites an occiditur, vel alterius damni causa fuerit, ex cuius occidente, vel damnificatione obligatus es restituere.

3 Suppono tertio, aliud esse dubium speculatum, aliud practicum, v. g. dubitate pores, an hæc res, quam possides, tua sit, non tamen dubitas, an ilam possis retinere: i. m. de retentione ex certis ratione possessionis, et si de proprietate dubites. Item certum est diebus festis esse preceptum aadiendi Milsum, dubitas tamen, an excusat ob aliquam circumstantiam. Ad regulandas actiones attendit debet dubium practicum, quod contingit, quando hæc, & nunc dubitas, an aliquo precepto te debeat.

4 Suppono quartum, cum dubio speculatio state optimè poisse iudicium practicum de recta operatione, vt in exemplis allatis constat. Requiritur autem, vt quis cum dubio speculatio rectè operetur, aliquam rationem efficacem, seu probabilem habere, quæ tale dubium practice deponat, hoc est, quæ sibi persuadeat hæc, & nunc tamen operationem licitam

licitam esse; alias contra rationem operarentur, iudicio illi speculatio non se conformando. Si enim generaliter iudices omnini sicut die festo feruila opera facerit causa aliqua debet aduersus, ob quam indices tibi licitum esse: alias peccabis illa excedendo. & ita tenet Corduba lib. 3. q. 9. quæst. 5. dub. 5. pos. 1. proposit. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 40. & lib. 5. n. 24. Valquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 6. cap. 1. n. 2. & lib. 3. Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disp. 4. 1. n. 6. & lib. 1. in Decal. c. 9. n. 3. & c. 10. n. 7. & 8. Ioan. Sanchez disp. 42. m. 1. ex quo fit ad variandum iudicium speculativum necessario requiri diligentiam aliquam, ut bene dicit Th. Sanchez 10. c. 10. n. 7. & 8. quia non pro libito variari potest. At diligentia est requirita ad inuestigandam rationem aliquam probabilem; illa autem intenta nihil amplius desideratur, si potest.

5 Dicendum est operari cum conscientia prædictæ dubia, hoc est, cum dubio, an hic, & nunc aliquo præcepto tenetis, esse intellec̄ malum & peccatum. Est conclusio ab omnibus receptis. Primum, quia sic operans manifesto periculo transgrediens præceptum, & legem Dei te exponis. Secundum, facis contra amicum Dei, liquidem eius voluntati præfers tuam, vel aliorum utilitatem, ob cuius gratiam facis opus, de quo dubitas grauam, vel ingratuam sit Deo, nihil existimat sit illi ingratis. Tertio, talis operatio bona esse non potest, ad rem tuam enim operationem cogitio de bonitate objecti requiriatur, alias voluntas non dicitur bonum amare. Qui autem dubitat de bonitate, non potest dicti obiecti boni cognoscere habere. Ergo non potest talis cognitio communicate bonitatem operationi. Malitiam autem bene potest communicare: quia ad hoc suffici cognoscere maius sub dubio, bonum enim ex integra causa, maius ex quolibet defectu. Neque ad hanc malitiam necessarium est iudicium transfixum, quo iudices incertum esse, an sit maius id quo dubitas, sufficit enim dubitare esse incertum, ut bene probat Valq. 1. 2. disp. 6. 5. c. 1. n. 4. & Th. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 10. in fine. Suarez 6. tom. in 3. part. disp. 40. & lib. 5. n. 2.

6 Hinc fit dubitamentum speculativum de obligatione aliquos præcepti, si ratio nobiliter dubium non deponat, obligatum est eligere patrem tuosum. Est conclusio euidentis ex supradictis. Nam dubium speculativum infert necessarium dubium practicum per se, nisi ex aliqua circuitalitate deponatur. Ergo ut peccatum non committatur, debet sic dubitans pro viribus periculum peccandi vitare. Tenetur ergo eligeat patrem tuosum; & in hoc calu regula iuris. In dubio tutor potest eligenda, non est consilium, sed præceptum, ut bene aduerterit Th. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 4. n. 9. & Azot. tit. 4. in fine. moral. lib. 1. c. 16. in fine, & videtur decidi cap. illud dominus. de clericis excommunicis.

7 Illa autem dicitur pars tutoris, in qua nihil mali repræsentatur, quod si pars præcepta incompatibilia concurvant, quæ dicenda sit tunc pars tutoris, non est facile definire. Firma enim regula stadi non potest, cum semper præceptum diuinum possit, naturali præceptu ob bonum commone. Præceptum enim seruandi filium confessionis, confaciendi in duplice specie, collibet alio præcepto seruandi vitam, & honorem cuiuslibet parvularum. Et contra verò præceptum naturali seruandi vitam, honorem, diutinas proprias, vel alienas, præcepto diuino seruandi festum, communicandi, & similibus aliis antefertur. Quapropter quid alieni attenues circumstantias, & examinatis rationibus pro temporis opportunitate minus malum fide obvuleret, illud respectu illius dicendum est pars tutoris, ac proinde eligendum, iuxta textum in duo mala, 1. 2. disp. 1. c. 1. noris iustificationum, rad. disp. Q. quod si discernere non valeat, quodnam ex illis præcepit præualeat, quodlibet eligere potest, cum non sit maior ratio vnu, quam alterius, & utrumque impleri non quærit, ut relato Corduba, & Medina docet Th. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 9. num. 19.

8 Difficilis solum est, qua ratione dubium speculativum, & practicum deponi possit, ut licita sit operatio, sua vnu, sive duo præcepta incompatibilia concurvant, quod in sequentibus punctis examine pugnemus.

P V N C T V M II.

An possesso legitima in materia iustitiae sufficiens titulus sit deponendi dubium conscientiam, & honestandi operationem.

1 Explicatur quæstio.

2 Quia sentiat Adrian.

3 Quia sentit, & alij.

4 Possidens rem bona fide, & facta sufficiens diligencia, an sit sua, si vincere dubium non potest, eam poteris retinere.

5 Proponitur obiectio.

6 Solvitur.

7 Subiecta dubitatione debet fieri diligentia ad inuestigandum verum dominum.

8 Si hanc diligentiam omittas, cum dominus comparere potes-

Ferd. de Castro sum. Mor. Pars I.

- rat, teneris ad restituacionem.
9 Probabile est oppositum.
10 Si præmissa debita diligencia propendes magis rem illam alienam esse, affirmant plures te obligatum esse restituere, vel saltem diuidere.
11 Probabilis est te obligatum non esse.
12 Possesso legitima titulus est sufficiens non solum ad retinendam rem, sed etiam ad illam alienandam.
13 Aliens contractu oneroso, debes monere emporem de dubio.
14 Si certo tibi constat debitum contraxisse, dubius tamen es, an solueris, teneris soluere.

1 V Erbi gratia, dubitas de re, quam legitimè possides an tua sit, poteris retinere, & avenire?

2 In hac re Adrian. 4. de rest. quæst. de prescr. §. hoc. suppos. & quælibet 2. art. 2. ad 2. confirm. primi argum. alteri facto examine sufficiens, si adhuc permanes dubius, debere rem illam restituere. Quia in dubius pars tutor est eligenda, cap. ius tuuum, de sposal. cap. sd audienciam, de homicid. Constat autem iuris esse restituere, quam senioris: quia in restituitione nullum potest esse peccatum, neque iniurit, in retentione vero esse potest.

3 Sicut in 4. de iust. quæst. 5. art. vlt. prope finem. Martin. de Ledeim. 2. part. 4. q. 18. art. 1. dub. 1. fol. 21. Aragon. 2. 2. q. 6. 2. art. 1. tract. de domino ante. §. his constituta. & reputat probable Corduba lib. 3. q. 6. ad 3. in 1. fol. 1. d. cum te teneri diuidere rem cum persona, de qua dubitas an eius sit, si persona est tibi cognita: si illam non cognoscis, cum pauperibus est diuidenda. Quia statim equali dubio aqueo ius videtur esse virtutis que parti. Ergo res diuidi debet.

4 Alii tamen Doctores (quibus liberter assentior) absoluunt docent, si rem bona fide possidisti, & postea dubitas cuius sit: facta sufficiens diligencia ad inuestigandum verum dominum, viocet dubium non potest, te posse retinere. Quia possesso est sufficiens tirulus deponendi dubiam conscientiam, & honestandi retentionem: sic Couart. reg. possifor. 1. part. 5. 7. n. 2. & reg. peccatum. 3. part. initio. n. 4. Molin. tom. 1. de iust. vlt. 2. disp. 35. fine, & disp. 36. & ocl. 1. Villalobos. 1. fol. 1. num. tract. 1. diff. 20. n. 1. Th. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 1. fol. 12. & lib. 1. in Decal. c. 10. n. 9. Salas 1. 2. tract. 8. disp. un. fol. 2. 3. 22. 3. Valquez disp. 6. 6. c. 7. n. 36. Sayrus lib. 1. in clau regia c. 13. n. 13. Anton. Perez in sua laurea, circam 10. schol. n. 127. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. g. & c. 9. 8. ad primam rationem. Egid. de Coninch de sacram. disp. 34. dub. 10. n. 93. Joann. Sanchez disp. 4. 3. n. 12. & alij plur. possent referri. Propterea primo ex r. g. iur. in 6. 6. 5. & reg. 17. o. ff. codem. In pari causa, & delicto melior est conditio possidens. Cum ergo equaliter dubites, an tua, vel aliena res sit, & ex alia parte in possideas, melior est tua conditio, ut possis retinere. Secundum in foro externo spoliandus non esses in tali dubio re illa, siquidem cum sunt partium iura obfusa, too portius fauendum est, quām actori. ex reg. 13. de irregul. iur. in 6. & quia possessor bona fide sine plena, & evidenti probatio in contrarium remoueri non debet. lib. 1. in fin. C. de conditionibus inferius, & probat Salas sup. num. 22. 6. & Molin. de prærog. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 32. Sed forum internum semper externo conformari debet, quando externum falla præsumptione non innuitur, vt docent B. d. a. ib. m. ingressi, num. 4. 9. C. de sacro sanct. Eccles. Sous lib. 4. de iust. 4. 5. art. 3. vers. quartu. argutia. Couart. n. cap. cium. iff. 5. num. 7. de restitu. me 1. Valquez 1. 2. ocl. 1. disp. 6. 6. cap. 1. num. 3. Salas. quæst. 2. 1. tract. 8. disp. un. fol. 1. 8. n. 16. & lib. 1. n. 17. & lib. 2. 1. n. 16. Garcia 2. tom. de benefic. part. 9. cap. 1. 10. Thomas Sanchez lib. 1. de matr. disp. 5. num. 20. ad medium, & lib. 2. de matr. disp. 4. 1. n. 1. & lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 9. & num. 11. & lib. 2. c. 2. 3. n. 40. in fine. Suarez. de conur. dispit. 40. & lib. 5. num. 16. Ioan. Sanchez in foli. 1. lib. 1. fol. 4. circa finem, & disp. 4. num. 5. & alij ab ipsi relati. Ergo cum in foro externo spoliandus te possella non esses, neque etiam in foro interiori te debes spoliare. Tertiò, etio æquale sit dubium, an tua, an aliena res sit, ac non est dubium te illius esse possidorem. Ergo nulli facis iniuriam in possidendo. Quartu. duplex ius superare debet vnu: ex parte tua est duplex ius in re, quoniam possides, alterum ius dubium proprietatis, alterum ius certum possessionis. Ex parte alterius est solum ius dubium proprietatis: Ergo tuum ius superius est iure alterius. Ergo non est, cut tem, neque aliquid illi ut te debetas expellere.

5 Dices, ex tali dubitatione possessionem interrupsi, cessat enim bona fides in possidente, quia consistit in eo quid estimor tem, quoniam possidet, suam esse, quod non potest estimare, qui dubitat: cessante auctem possessione, iam æquale ius est virtutique pars. Ergo res retinere non potest ab uno, tēd ut relinquiri debet a dubitante, vel diuidenda inter vitrumque.

6 Facile obiectio sit tatis. Dubitatio namque impedit bonam fidem in incipiente possidente, quia iniuste tem sibi atrocitat, quoniam non magis estimat ad se, quoniam a tem percire. A tio in continuatione possessionis solum ius quoniam, ut ignorat esse alienam, quia dum non probatur esse alienam, pro possi-

deate est præsumptio, ut definitur expreſſe cap. si virgo. 34. q. 1. ibi, in iure pædiorum tandiū vnu quicquid posſeffor bona fide diſcipliua, quandiu poſſedere ſe ignorat al. eum & tradit multis relatiis Couart. ad reg. poſſeffor. 2. p. 5. 7. n. 3. Et ſig. Ioa. Med. Cod. de reſtituſ. q. 17. Leſſius lib. 2. de iuſt. 6. dub. 3. Quocirca dum de veritate non conſtat, ſemper poſſeſſenti fauendum eſt, neque obligandum aliquid reſtituere, iuxta l. i. qui deſtinauit. ff. de rei videt. Et q. ſ. reſtinenda, inſtit. de iuſt. 6. dub. 3. et conſonat lex 27. iit. 2. part. 3.

7 Appofui notante in conſluſione, facto examine ad inuestigandum verum dominum, te poſſe rem, de qua dubitas, reuincere, ſi ille non comparet. Requiritur enim ſuborta dubitatione diligenter facere ad inuestigandum veritatem. Hac namque inuestigatio neceſſaria eſt, vt vnicuique quod ſuum eſt reddatur. Ita Doctores num. 4. in princ. relati. Illa autem inuestigatione durante, non potes viire, que viuſu conſumitor, alioqui ſuſtā dominus quæxatur. Poteſis tamen vti illa, que viuſu non conſumitor. Si enim eſt equus, vel mancipium, poſſes illo vi dum adhibeſſe diligenter animo foliendi domino preiūm illius viuſu, de duclis alimentorum expenſis. ſic Thom. danch. lib. 2. de marim. dif. p. 41. queſt. 2. concl. 3. num. 21. Salas dif. p. vniſ. ſett. 2. 3. . 228. Vi. laleboſ. tom. 1. ſum. rati. 3. dif. 2. num. 4.

8 Si om̄ias inuestigare dominum, quando ipſe poſſe comparet, & ea de cauſa poſſe non comparet, communis ſententia tenet te ea de cauſa poſſeſſorem male fidei conſtitui. Quia ex aliqua om̄iſſione contra iuſtiam ſequitur dominum non comparet. Teneris ergo tanquam cuius poſſeſſor male ſi lei rem & fructus pro qualitate dubi j reſtituēte. ita Mol. tom. 1. de iuſt. 6. dif. 36. concl. 1. Th. Sanch. dif. p. qn. 13. Villalob. n. 2. Salas n. 317.

9 Probabile eſt, ſi dominus non comparet, te non eſt obli-
gatum ad aliquam reſtituſionem. Nam eſt peccatum contra iuſtiam in om̄iſſione inuestigatione veri domini, cum compa-
rare probabilit̄ poterat, at non oblide te maſe fidei poſſeſſorem conſtituit. Quia oñquā ceteri fuſti rem alienam poſſidere: quod videbatur neceſſarium ad amittendam poſſeſſionem antea acquisitam: & ita docet R. bell. de obliq. iuſt. Et hoc curius, & probabilius reputet opoposuit) 1. part. lib. 2. q. 5. de reſt. n. 2. ſed quid.

10 A quid dicendum, ſi p̄missa debita diligencia & dubius ſis, propeſtas tamen magis rem ilam eſt alienam, teneris ne reſtituēte, vel dividere?

Aſſiſt. plures te teneri diuidere, ſi diuifibilis eſt, ſi mi-
nus recompensationem facere tantundem in aſtimatione pre-
bendo, ſic teneri Salon. 1. 2. q. 62. art. 6. conſl. 4. Banneſ
iti in p̄amb. q. 1. p. 62. dub. v. ſimi. concl. 2. & queſt. 40. art. 1.
dub. 1. concl. 4. Valen. 1. 2. dif. 3. qn. 16. p. 2. col. 5. v. ſi autem
Thom. Sanch. lib. 2. de marim. dif. p. 4. concl. 2. num. 19. Et ḡd. de
Coninch. dif. p. 34. de ſuſam. marim. dub. 10. num. 93. Quia
tunc non eſt par cauſa tua, & aliena, ut poſſeſſor tibi ſuffi-
ciet: inō illa maior propenſio videbit ſequiſſe poſſeſſionem.

11 Nihilominus probabilius exiſto te non teneri diuidere
rem legitime poſſeſſionem, etiam magis propendeſſe alienam eſt,
& etiam ſi id probabilit̄ iudices, mod̄ eſt ceteri moraliter non
ſis, alienam eſt. Poſſeſſio enim p̄pondra om̄ibus rationi-
bus non conſuientibus: & ita docet Vſquez. dif. 66. c. 7. n. 42.
Salas ſett. 23. n. 231. Thom. Sanch. mutans ſententiam lib. 1. in
Decal. c. 19. n. 9. Qui bene aduerit te debete etiam probabilit̄
iudicare te tuam, ut poſſeſſor tibi ſuffi-
ciet: inō illa maior propenſio videbit ſequiſſe poſſeſſionem.

12 Non ſolum poſſeſſio legitima eſt viuſus ſufficiens, ut
dubitans, ſi uires tua, vel aliena, cam poſſis reuincere, ſed etiam
ut cam poſſis alienam. Quia inutilis tibi eſt poſſeſſio, ſi te
poſſeſſio vi non ſteſſet, inō potius eſſet oneroſa, ſi illam in-
traſtam ferire deberes. ita Vſquez. dif. 18. Salas n. 227. Thom. Sanch.
de marim. lib. 2. dif. p. 41. q. 1. concl. 4. n. 22. Couart. reg. peccatum,
3. part. in princ. n. 4. Ioan. Sanch. dif. p. 43. n. 12. Perez, & Villalobos
ſu. 12.

13 Aduerunt tamen Couart. vterque Sanchez, Salas, &
ali, ſi vendas rem, ſi ſub dubio poſſidens, te debere monere
emporem de dubio, quod habes, quando probabili ſpes eſt
dominum comparitum. Quia vendis rem vicioſam, expoſi-
tāmque periculo, ut comparente vero domino ab empore ex-
trahatur. Hoc enim viuo, & pericuло detecto vel empot non
emeret, vel emeret viliori preio. Quod ſi ſpes mortalit̄ non eſt, ut
certō vero dominus compateat, non teneris monere de dubio,
quia tunc empot mortalit̄ pericuſo non expoſit. ſic vterque
Sanch. 2. 1. queſt. 62. art. 6. dub. 5. Fach. 1. b. 1. contr. c. 64. in paruſ
fol. 128.

14 Obſeruandum denique eſt ſupradictam doctrinam
non procedere in debitis certō contradiſ. & ſolutione dubia:
ſi in certō tibi conſtat debitu mōtraxiſe, dubius tamen eſt,
an folueris, teneris ſolueret; quia poſſidet aliud actionem debiti
contra te, quia idem in dubio p̄uante non potes. Dubia enim
ex opio non potest exequiſte excipientem, ex l. T. iuſt. 2. t. 2. t. 2.
legar. 1. & ex his, quæ notaſ. Bald. 1. non ſolum, ſed ut probari,

ff. de noui operis nunciata. Deinde quia iuſtitia petiꝝ aequalitatem,
& debito certo non eſt aequalis dubia ſolutio. ita Valq. dif. 56.
c. 6. fine. 1. 43. Salas n. 2. 1. fine Thom. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 19.
n. 12. Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de iuſram. c. 33. n. 7. loat. Sanch. alii
relatis dif. 4. n. 9.

P V N C T Y M III.

An poſſidens mala fide teneatis rem integrum
reſtituere, cum dubius eſt ad quem
pertineat.

- 1 Si à poſſeffore bona fide rem farto accepisti, & dubitas, an eius eſt, teneris integrum ei reddere.
- 2 Si titulo emptionis, vel donationis rem ſub dubio furtiſſum poſſederis, & facta diligentia dubium perſiſit, teneris diuidere inter eos, de quibus dubitas.
- 3 Limitandum eſt niſi à poſſeffore bona fide accepisti.
- 4 Emptis rem furtiſſum, ut domino redatas, non peccas.
- 5 Emptor bona fide diceris, cum nulla ratio conuincens ſe tibi offert rem emptam eſſe ſartiuam.

1 E X diuī ſuperiori puncta conſtat, ſi à poſſeffore bona
fide rem farto accepisti, & dubias an ſit eius, teneri
te ei integrè reddere. Quia iniuli illius ſpoliati, neque habes
titulum, ratione cuius poſſis rem, aut patrem illius reuincere &
ita tradit Nauar. 17. num. 217. Cordub. in ſum. queſt. 11. n. 2.
concl. 3. Moiñ. 10. 1. de iuſt. tradiſ. 1. dif. 2. 5. & v. rum Nauar. de
reſt. lib. 3. ap. 1. dub. 8. n. 350. Salas tradiſ. 8. dif. v. ſuſ. ſett. 23. n. 34.
Thom. Sanch. alios referens lib. 2. de mar. dif. 4. concl. 6. n. 26.
Villalobos ſum. ſuſ. ſett. 1. d. ffe. 20. n. 6. Ioan. Sanch. dif. 43
num. 13.

2 Veſtum ſi dubitas, an res ſit furtiva, & titulo emptionis,
aut donationis poſſidisti, teneris facta diligentia, & dubio per-
ſiſitente rem diuidere inter te & eos de quibus dubitas. Quia
tunc pro nullo ſtar p̄emptio, ac proinde omnes eque iuſ
habent. Premit autem a te datum in cauſa eſt non potest,
quoniam debas alius, qui non accepisti, & de quibus dubitas,
an eorum ſit regiſtareſtate. Sic ut comparet verus dominus,
tenetis illi integrum reſtituere, etiamſi pretium dediſſis, quia
mala fide ilud dediſſis, ſic Salas illa dif. ſuſ. ſett. 23. n. 231. Th.
Sanch. concl. 5. n. 24. Villalobos n. 5. Molin illa dif. p. 35. ſ. verum,
& dif. 6. fine.

3 Limita ſupradictam doctrinam, niſi à poſſeffore bona
fide accepisti ſi tunc enim eſti dubius accepisti, at non compa-
rente domino pot facta diligentiam, poteris reuincere rem &
& illa ut qui ſuſcedis loco poſſidentis, à quo accepisti titu-
lo emptionis, vel donationis. Quia ratione emens mancipio ab
apſtonibus, eſti dubius emens, aut ſuſtina ſuſt: at facta
diligencia pro inuestigando veſum dominum, ſi ſpes mortalit̄
ſit, forte ut comparet, illoque non comparente potes reuincere.
Quia tunc non eſt poſſeſſio pro libertate mancipi, ſed pro poſſeſſore
bona fide, qui ilud vendit, & cuius loco tu ſuſciliſſiſt.
ſic Molin. dif. 36. concl. 1. & 1. ex quo defuſtemperit Sanchez
illa dif. 4. de marim. num. 28. Ioan. Sanchez. dif. 43. num. 14.
Salas n. 236.

4 Sed inquires primō an emens rem furtiſſum, ut verum domi-
num inquieras, & eam illi tradas peccas.

Reſponde te non peccas, inō gratum domino fore, qui nun-
quam alia via tem. elicit habiturus. ſic Couar. r. g. peccatum, 3.
part. n. 10. 2. Bann. 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 5. concl. 1. Salon. bid.
contr. 4. concl. 2. Th. Sanch. lib. 2. de mar. dif. p. 41. n. 29. Salas 1. 2.
tradiſ. 3. dif. v. ſuſ. ſett. 23. n. 237. Villalobos ſuſ. 20. n. 8. Quod ſi
dominus non comparet, teneris rem in pio viuſus conuertere &
deducere preio. Quod ſimiliter deducere potes domino compa-
rente, cum viliſſer eius negotiorum geſſeris, ac proinde non eſt
sequi te in amiftione p̄terij condenmari. ſic Sal. on. Bannes, Sanch.
& Villalobos ſuſ.

5 Inquires ſecondū, quid requiriſſat, ut empot bona fide di-
caris, ſufficiente ignoreſſe rem eſt furtiſſum, & credere non omnia
aliquo vendia furtiva eſt, eſt rumor, ſeu veheſens ſuſpi-
cio ſit illum multa furtiva vendere: Negat Molin, illa dif. 35.
in fine. concl. 2. & concl. 4. in princ. Mercado lib. de contr. c. 20.
fol. 104. Th. Sanch. dif. p. 41. n. 27. Salas n. 235. Villalobos dif. 20.
n. 7. Mouentur, quia pericuſo te expoſis rem alienam reuincendi,
ac proinde bona fide poſſeſſor dici non potes. Hoc tamen in-
tellegit, quando rationes efficaces, ſeu mortalit̄ ſi conuincens
adſentur venditorum vendere rem furtiſſum, non quando dubi-
ſunt, & probabiles: tunc enim deponeſſes debes dubium, & in-
telligere, alium nre vendere, quia nemor p̄zumitūr ma-
tius, niſi probetur, neque in dubio deſtum
comiſſile, ex reg. iuriſ. & ex l. me-
rito, ff. proſecio.

*

P V N C T

An consulens homicidium, vel furtum, vel furem, aut homicidiam socians, aut alio modo adiuuans, dubitans tamen an aliis absque tuo consilio, vel adiutorio furtum, homicidiumve praestaret, tenetur de damno sequento.

1 Affirmatum partem defendit Thomas Sanchez.

2 Oppositum alijs Doctores non condemnandi docent.

3 Conciliantur opiniones.

4 Depositarius, vel commodatarius, si dubitas, an sua culpa periret res deposita, vel commoda, non tenetur ad restituendum. At in foro externo condemnabitur, dum non purgat presumptam negligientiam.

Thomas Sanchez lib. 2 de matrim. n. 17. disp. 4. affirmat te tenet primò, qui in dubio nemo presumunt delictum admisit, ex lib. merito ff pro se, & tradit Felic. cap. 1. de offic. deleg. n. 13. vers. v. rām. suam. Et cap. sicut dignum, de homicid. n. 11. cond. 2. Decius in reg. consilij 47. n. 9. aff. de reg. iur. Non ergo homicida ille, vel fuit presumptus debet admisit, dum cum, sicutum consilium, vel adiutorium faciat. Secundò in hoc dubio possit est contra te, non pro te. Constat enim de tua actione iniuria, qua apta est dannum cauatur, constat idem de damno cauatur. Ergo tibi incumbit onus probandi non cauatur. Ergo dum non probas, necessarij indicandus es cauatur, vt doceat Bald. in lib. data opera, num. 52. C. qui accusari non posse. Ananias id cap. ad auxiliandum, num. 10. de homicid. Angel. lib. 1. in princ. vers. ultimò est videtur, ff. de eo per quem factum erit.

2 Alij Doctores oppositum docent. Affirmant namque in casu dubij te non tenet. Quia in dubiis (principiis in materia iniuria) melius est conditio possidentis. Lib. si ob turpem causam, illa condit. ob turpem causam. Sylvestr. restitutio 3. qu. 6. dicto 2. initio. Ioan. Med. C. de refut. q. 7. anse vers. si autem consil. Perit, de Nauar. lib. 3. de ref. c. 4. dub. 4. n. 48. ver. tertio collig. Henr. lib. 1. 4. de trax. c. 3. n. 4. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. liss. 2. o. n. 9. Sayrus in clavi regia p. 10. tract. 2. v. 3. numer. 3. fine. Rebello. de obligat. iustit. 1. p. lib. 2. q. 14. scilicet 2. 5. & 7. & Tabiena verbo restitutio. q. 23. n. 2. 4. vbi solum contulente obligat restituere, quando credit consilium fuisse efficax. Eman. Saà verb. ref. n. 2. 5. alii 36.

3 Existimo in hac re non posse Doctores desidere, affirmo namque in casu dubiis (quod vere dubium sit) an ex tua actione dannum subiectum fuerit, te nullo modo tenetri satistare. Non enim aequaliter est te obligare satisfactionem certam exhibere, cum certum non sis damnum dedisse. Verum ex eo solù, quod conculceris, vel affligeris furem, vel homicidiam, ibi moraliter constare debet cauam esse danni facti, quia communiter sic conculcent, vel affligerent cooperatores sunt, ut bene dixit Carbon. tract. de refut. q. 66. ver. quartum dñs. & ita in conculcentem transfuerit onus probandi suo confilio dannum non fecisse, quia dum constat de malo consilio, presumit ius cauam fuisse, ex Falino, & Decio in cap. 1. de offic. deleg. & aliis in lib. data opera ff. qui accusari non possunt, doceat Malcard. de probat. tom. 1. cond. 49. n. 9. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. c. 10. n. 44. circ. medium. Quatuor, vt dubius esse possit de damno datationes debes habere efficaces, quales sunt, si delictum admittens est etiam iniuriam capitalis, vel necen ante minatus fuerit. vel preparauerat omnia necessaria ad homicidium : si enim casibus non esset obligatum, affirmit Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disp. 4. 1. n. 17. & lib. 1. in Decal. c. 10. n. 44. in fine. Ioan. Sanchez disp. 4. 1. n. 14. conseruac. Salas, celi confite. 1. 2. trax. 8. disp. vnicula. scilicet 3. n. 24. fine. Quod vero ad dit. Henric. lib. 1. 4. de regul. cap. 16. n. 3. & Sayrus de censura. n. 1. 7. c. 3. n. 2. sufficiere, si homicida huic contulenti assertat le negque ad actus substantiam, neque ad accelerationem motum fuisse eius consilio, nullo modo probat Thom. Sanchez lib. 1. 0. n. 44. nisi homicida sit haec dignus, aut tales aliae conjecturæ concurrant, vt prudens arbitrius fidem illi habendam esse, & placet milii. Hoc de conculcente. De affligerente vero cum immunitate delicti concurrat, raro, vel nunquam dubius esse poterit de damno facto non concutuisse saltem præbendo animum principali operari.

4 Depositarius item, vel commodatarius, si dubius sit, an sua culpa depositum, vel commodatum perierit, non tenetur ad restituendum. Quia non est presumendum delictum commissum, nisi proberet. Ita Thomas Sanchez disp. 41. n. 18. Salas num. 243. Villalobos t. 1. tract. 1. diff. 10. n. 10. Ioan. Sanchez disp. 43. n. 11. In foro tamen externo, si res depositarij apparent incolumes, presumitur in dolo, ex textu in cap. 1. de deposito: & ibi Abbas n. 1. & sic depositarij incumbit onus probandi casu perire, vel non posse simul feruare res suas, & depositas ob imminens incendium, maluiseque res suas incolumes tueri, quam

alienas: tunc enim cessat dicta presumptio de dolo, & non tenetur ei simili res sua viiores essentia aliis relatis docet Malcard de probat. vers. depositarius, concl. 509.

Dubius an sis legitimus, naturalis, vel spurius, quis debebas reputari, & quis te alere teneatur.

1 In casu dubio de legitimitate communis sententia docet se reputandum legitimum.

2 Alij oppositum docent.

3 Conciliantur opiniones.

4 Prætendens ordinis, aut beneficium, reputandum est legitimus;

dum de contrario non fuerit infamatus.

5 Satisfit argum. n. 1. & 2. additio.

6 Cuius reputandum sit filius vidua que intra nouem menses à contratio matrimonio poperit, an primi, an secundi mariti,

7 Reputandum est filius illius, qui actualiter in possessione matrimonij est.

8 Ille est filius legitimus, qui nascitur ex uxore in domo marituum cohabitabibus simul.

9 Ex tractatu parentum sumitur sufficiens signum ad reputandum filium legitimum.

10 Quia ratione nominatio constitutus sufficiens signum reputandi filium legitimum.

11 Fama alii conjecturæ fulcia est signum legitimacionis.

12 Institutio illius tanquam filii facta à patre significat esse eius filium.

13 Si una conjectura non præbet sufficientem probationem, alii adiunctis probari potest.

14 Proponitur dubium, quis alere teneatur filium illegitimum de quo dubitatur, quis sit eius parentis determinatur.

15 Quilibet parentis tenetur filium alere.

1 Prima sententia, & communis inter Theologos afferit in casu dubio de legitimitate reputandum esse legitimum, & in dubio, an sit spurius, vel naturalis, reputandum naturaliter, ita tradunt Gregorius Lopez lib. 1. tit. 1. 4. pars. 2. Vasq. disp. 6. cap. 8. Salas tract. 8. disp. vnicula. scilicet 24. n. 245. Sayrus in clavi regia, cap. 13. n. 19. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 10. in fine. Azot. 1. lib. 2. cap. 19. q. 7. Telius Fernand. lib. 1. Tauri. n. 3. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cene. 2. cap. 19. 4. num. 32. Mantica de coniect. vlt. volum. 1. 6. c. 1. n. 33. Mouentur, quia nemo damnandus est, & puniendus ob culpam dubiam: pena enim certa peccata certo adhucibet debet. Si autem illi filius excluderetur ab hereditate tanquam vere illegitimus, ipse & eius parentes punientur, quin eorum culpa esset probata. Ergo Item quia in dubio presumit debet, quod honestus est, vt declarat Bald. in 1. filium. n. 11. ff. de ih. qui sunt sui, vel alieni iur. q. ex 1. miles. §. de functo ff. ad adul.

2 Secunda sententia docet in easo dubio de illegitimitate reputandum esse illegitimum. Ita Alcia, de presum. reg. 2. presum. 5. n. 8. pag. 18. in parsua Marzenzo lib. 6. c. 18. 8. lib. 5. noua compil. gloss. 3. n. 6. Menchaca conser. illius. c. 8. n. 14. & 15. Malcard, de probat. verb. illegitimus, concl. 782. & 10. 21. concl. 1090. Probant, quia non presumit matrimonium, nisi probetur, est enim quid factum. & factum non presumunt, nisi probetur. cap. cum Joannis, §. verum, de fide in strumen. & latè probat Malc. concl. 732. 1. 1. de probat. Cùm ergo esse non possit legitimus, nisi matrimonio stante, efficitur non presumptio matrimonio, nec legitimum presumendum.

3 Existimo facilis negotio supradictas sententias in concordiam redigi posse, prov. illas rediget Azebedo lib. 5. noua replic. tit. 8. lib. 9. a. n. 14. vt scilicet prima opinio procedat casu quo filius sit reus, & possessor, & non possidat contra iuris presumptionem: tunc enim actori incumbit onus probandi, & dum non probat contrarium pro possidente standum est. Secunda vero opinio procedat, si filius actor sit, & contendat hereditatem habere: debet enim tunc legitimatem probare, quia est fondamentum iuris intentionis. Alias iniquum esset alios à possessione, vel iure certo, quod habent, expellere. Non enim ius incertum, & dubium aliorum certum vincere debet. Et idem est si existit in possessione, & tamen ius possessioni resistit: quia tunc possessor non suffragatur, vt in cap. ad decimas, de refut. poliat. in 6. vbi Canonici poliat à decimis parochie. S. Nicolosi non resistunt, nisi evidenter docuerint, quod eorum possessionem legitime affligitur fuisse, quia eas occupasse iniuste vero similiter presumuntur, cum prouenant ex praeditis intra alienam parochiam contulitis, sicut manifestum (nisi aliud ostendatur) eas de iure communis ad Ecclesiastem pertinet. Hinc huius filius naturalis est à parte instritus, ascendebus præteritis, & statim in possessionem bonorum missus, si uis petat ab eo hereditatem, sufficiet, si prober est auctum legitimum, & reo incumbet probatio situationis naturalium.

lis, quia ius resistit naturalem filium heredem est, ita Matienzo supra d.l. tit. 8. lib. 5. compil. 1.

4 Quando autem nulla lis veritur inter aliquos, sed quidam prætendit ordines, aut prælaturam, tunc reputandus est filius legitimus, quocies de contrario non fuerit diffamus, traditus in cap. transmissa. Et in cap. peruenit, qui filii sint legitimi, & docet Malcard. verbo illegitimus, n. 8. toncl. 882, de probat. Neque obligandus est hic se iuramento purgare, vt docet Lancelor. Galia in rubr. ff. de verb. obligat. n. 61. & tradit Malcardus supra n. 10. Et refert doctordum, vel licentianum grauandum non esse ad iurandum super natalibus, & eos minus ad probandum, si non diffamus. Quod si diffamus sit, esse illegitimum, ac proinde excludendum a beneficio, siue possidat, siue non, debet se purgare, iuxta cap. accedens, de purgar. canon. & ibi Abbas num. 4. Ioann. Andr. in cap. veniens, de presbitero non baptizato. Paleorus in lib. de notis, & spuriis, cap. 10. Tellus Fernand. l. 11. Taari, num. 7. Marienzo supra num. 13. Ratio est, quia tunc iubet vicem actoris, & deber qualitatim probare.

5 Ex his responderetur argumento prima sententia, quatenus nostre conclusioni videunt contrarium: non enim filius punitur, quando ei negatur hereditas, filiatione non probata, immo potius alii heredes certi puniuntur, si absque probacione filiationis hereditate priuarentur. Ad confirmationem respondere cum Malcard. de probab. verb. illegitimus, concil. 882. n. 6. in dubio præsumi quod honestus est, quando quis id allegat, se defendendo, ne ex delicto puniat, fucus si dicat agendo, & ad conseqüendas alteri condemnationem: tunc enim non debet capi præsumptio delicti exclusiva, nisi probetur, quia est in damnum tertii, ita Decius in l. emancipati, pos. n. 3. verf. non obstat alia ratio. C. de collation. cum Batt. post glossam in l. qui iurasse, ff. si pater, ff. de iuratur.

Ad argumentum secundum sententiam respondeo, esto matrimonium non præsumatur: at matrimonio constante filium inde natum legitimum, & non illegitimum præsumi, præcipue cum ipse filius actor non est, sed reus, neque aliqua contra labora infamia.

6 Sed quid si mulier aliqua effecta vidua illico alteri nubat, & intra novem menses a contracto matrimonio secundo parat, si filius inde natu resultans est reputandus, an primi matriti, vel secundi? In hac re Sylvestris, verbo filij, 9. 17. Malcard. de probat. concil. 788. n. 24. affirmat cum Barr. in l. Gallus, n. 13. ff. de liberis. Et posthumis, inspicienda esse signa conceptionis, quod si non appareat, standum conueniunt mulieris tempore quo parte confucuit, quod si neque hoc apparet, standum iudicio petitorum Medicorum, vel obstetricum, argum. l. 1. s. ff. de venire inspicendo. In quo calo non esse Jeuem conjecturam maris affectionem dicit Alciat. de pref. reg. 3. pref. 37. n. 15. Item (esthi reprobetur à Barr. supra) video potest cui filius assimilatus, an marito viueni, an defuncto. Nam esthi assimilatio contingere posse ex cogitatione mulieris tempore concepsus: at ratio ex hac causa obtinet, & regulariter a generante procedit, & cum in praesenti per conjecturas procedatur, sufficere assimilatio, qua facit probabilitatem, in pluribus sit vera, & consentit Alciat supra. Tandem affirmit Sylvestris, si nullus probabilis modo veniri posset non inveniatur, debet reputari filium eius, in cuius domo status sit, vel ex virga hestate ei prouidetur, cum non appareat quod magis obligetur, & filius, & mulier non debent subdilis priuari. Decius videt in cap. per tuas, de probat. verb. quartus. Et ultimus, & videbit approbare Malcardus supra, dicit in hoc calo debet indicari quod est filius favorabilis ipsi filio, nempe si primus matutus est diutor, illius sit præsumendus.

7 Mihil quidem dicendum videatur, posito, quod supradicta omnes conjecturae non tollant dubium neque aperteant certi veritatem, reputandum esse filium eius, in cuius domo natus est, seu eius, qui actualiter est in possessione matrimonii. Nam in calo dubi possesso actualis debet præualete, & tradit Bald. leg. si mater, C. de suis. Et legitimis heredibus, Valsquez 1. 2. disp. 66. cap. 8. in princip. Salas tractat. S. disput. conica. sed. 24. num. 245.

8 Signa autem ad cognoscendum, quisnam reputari debeat filius legitimus, optimè tradit Panotmanus in cap. per tuas, de probat. Bartol. in leg. quidam quasi, ff. de probat. & ex illis Couart. in epistola cap. 8. § 3. num. 9. bart. 1. Menoch. de arbit. judic. calo 89. n. 60. Sylvestris verbo filij, q. 12. Malcard. tom. 1. de probat. verb. filij, concil. 788. Et ex his accipe primum signum ad cognoscendum aliquem esse filium legitimum. Et si nascatur ex uxore in domo matris, cohabitibus simul, in hoc omnes conuenient, ex l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuri. Et ex cap. per tuas, de probat. Et ex cap. transmissa, que filii sint legitimi. Quod signum extendi debet, etiam si vxore tempore concepsus adulterer, si eo tempore maritus cum uxore cohabitaverit, reputandum inquam esse filium matris, & legitimum per texum in leg. miles. & defuncto ff. ad legem Iuliam de adulterio. Bald. in rubr. C. de probat. col. ult. Et lsi mater, C. de suis, Et legitim. Abbas. Felin. & Doctores communiter in cap. per tuas, de probat. Alciat. de præsumpt.

in regul. 3. præsump. 37. in princ. & aliis multis relatis docebat optimè Couart. in epistola 2. part. cap. 8. § 3. v. 8. Malcard. de probat. concil. 788. n. 6. Ratio est, quia prælumentum est quod est favorabilis & honorabilis filio, cum enim possit esse filius matris, & adulteri, iniquum est si in favorem filii præsumptio non esset. Item hoc præsumptio est in favorem matrimonij. Ergo est afferenda. Qua ratione, & quibus causis hoc præsumptio possit esse, optimè per Malcard. supra.

9 Secundum signum ad probandum legi imitatem sumitur ex tractatu parentum, quando parentes ita filium tractant, ut proprium, & legitimum, ipseque illos ut tales venerari. Hic tractatus, si efficax est, ut infirmari non possit negatione parentum etiam iurata: sicut enim confessio filiationis facta a parentibus non potest revocari ab ipsis in prejudicium filii, ut testaria Glossa in cap. per tuas, de probat. multo minus revocari potest tractatus, qui efficiat est in nominatione, ita Abbas in cap. per tuas, de probat. n. 3. Et 4. & ibi Felin. num. 14. Bald. in l. non ignorat, C. qui accusari non possunt. Couart. in epistola 2. part. cap. 8. § 3. à num. 6. Menoch. de arbit. iud. calo 89. à n. 60. Malcard. de probat. concil. 789. à num. 3. & tradit Glossa in cap. transmissa, qui filii sint legitimi.

10 Tertium signum adductum à Doctribus est nominatio: haec tamen, ut bene expicit Malcard. concil. 790. per le non sufficit constitutre filium in quasi possessione filiationis, cum lepro ob significandum amorem, & blandum aff. Atcum, hoc vocabulo filii soleamus utri. Q. sic appellemus qui vere non sunt. At si nominatio filii à parentibus est facta ferio, & ex propposito, & præcipue coram aliquo Notario, & maximè in iudicio, & testamento, abique dubio constitutere filium in quasi possessione filiationis, ita ut aduersario incumbat onus probandi contrarium, & dum non probatur, reputandus talis est, ita Glossa in cap. Michael. de filio presbiter. Abbas cap. per tuas, num. 8. & ibi Decius num. 31. Menoch. calo 89. n. 28. in princ. de arbit. iud. Couart. 4. decret. 2. part. cap. 8. § 3. n. 7. & alii iuramenti relati à Malcard. supra.

11 Quartum signum, seu conjectura ad probandum filiationem est fama, & communis opini. Sed haec ut probetur perfecte, alii administris, & conjecturis debet fulciri, ut bene dicit Abbas in cap. transmissa, qui filii sint legitimi. Anton. de Burio in cap. per tuas, verb. communiter, de probat. Felin. ibid. n. 1. Couart. pitome decret. cap. 8. § 3. n. 9. in fine. p. 1. Malcardus concil. 791. à n. 7. Et ratio est, quia fama solita lempire probat, ex cap. 1. de appellat. Et cap. veniens, el. 4. de testib. Requirunt ergo alia, ex quibus probatio integræ coalecat.

12 Quintum signum est, si à parte, ut filius institutus, nam licet si instituto communis filio, & extraneo, tamen quando facta est alii ut filio cum in possessione filiationis constituit, donec contrarium probetur. Q. ut per hanc institutionem taliter factam patrem filium tractat ut filium, & ratione tractatus, & institutionis optimè si actio probatur alia institutio nulla est, ex lsi pater. Innequa apud. C. de heredibus institutus, & tradit multis relatis Malcardus concil. 792.

13 Alia signa, & conjecturas adducit Malcardus segg. conclusionibus, ad filiationem probandum quae est scriptum manu parentis, in quo nominat quo die talis filius sive natus sit, & per alias nominations. Item ex educatione, & alimentis præstatis filio, conjecturis alii concurribus: quia sic tractatur ut filios. Adiectendum tamen est, esthi una, aut altera conjectura dubium non tollat, & probatibus sufficientem filiationis non constitutur, si autem plures concurrant, illam constitutio posse, sic Accurs. in lib. 2. in princ. ff. de exerc. iust. Anchar. consil. 225. & segg. vol. 1. Gonzad. conf. 22. n. 23. Busat. consil. 88. n. 7. fine, & aliis plures relati à Malcard. concil. 792.

